



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Dissertatio Pro Sexta Die. De Humilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

DISSERTATIO

Pro Sexta Die.

De Humilitate.

Superbia primi & rebellis illius Angeli, prima peccatorum omnium, tum quæ Angelorum tum quæ homines hodièq; committunt, origo est: & , quam semel mentem pestilens hinc virus mor inflat, illam necesse est, omne illicitiorum genus ut infestet: cum, quod amplius adhuc est, peccatum omnino nullum esse solent quod ex inordinato quodam excellendi desiderio non proficiscatur; quia nemo peccat, ergo bonum sibi aliquod procuret, nullo sibi titulo debitum. Ut adeò verum sit, quod initio pronuntiatum fuit, omnis peccati originem superbiam esse. Quòd si ita est, putásne ex adversa omnium virtutū radicem non esse humilitatem? age, hanc tibi virtutem hodie pro Dissertationis tuæ materia selige. Tam difficulter non obtinetur, quàm est proficua, cum illam obtinueris. Solidè autem Considerationi huic vacare disquire tecum, quænam imprimis obligatio amandi hanc virtutem te stringat; tum quæ amoris hujus praxis sit; denique, quo studio, quo huic negotio impendere deinceps te velis, & debeas.

I. Not.

I. Non opus est, multum & studiosè obligationes conquirere, quibus ad amandam hanc virtutem inciteris. Ex plurimis unam cape, quæ sola, nisi fallor, te convincet. Et certè si sola esset, modò accuratè penetraretur, sufficiens profectò foret, quæ omnium hominum voluntates in nobilissimæ hujus virtutis amorem excitaret. Dicamus duobus verbulis quidquid magnum dici potest, & idipsum de humilitate pronuntiemus: Humilitas omnis boni origo est: an ergo non omni existimatione & commendatione digna?

Sed objicies, credo: si tam pretiosa est, quæ ergo fit, ut tam rara sit, & tam pauci ejus se studio addicant? In promptu causa est: Ignota est. At, quæ ignota, inquires, quæ tam pulchra, tam amabilis? Vitiis hanc ignorantiam debemus, mi Lector, quæ sub virtutis hujus schemate, mirum est, quàm multis se vendunt. Unde nihil est difficilius, quàm nobile hoc humanæ mentis decus ab eo discernere, à quo reipsâ differt plurimum. Ita Pusillanimitas, quæ generosum vix aliquid unquam audet, humilis honorum & magnarum rerum fuga videri vult; socors laborum & difficultatum declinatio, modestiæ effectus haberi gestit, quam illi scilicet colunt, qui demissè

de se suisque viribus sentire solent; Avaritia
 sorditiem suam ab amore humiliationum pro-
 ficisci fingit; effrons impudentia, & spectans
 toto orbe turpissima, veluti generosus & pro-
 prius demissarum mentium spiritus, qui parum
 humana judicia vereatur, commendari vult
 sed his omnibus peritior hypocrisis aptissime hu-
 militatem imitari novit in verbis & actioni-
 bus, in victu & vestibus, in lecto & habitati-
 one, in conversatione, gestibus, incessu, &
 omni denique morum compositione. Et hoc
 difficile humilitatis à vitiis discrimen reddunt
 cum neque virtutum facile sit aliqua, que
 non in certis eventibus nostri humiliationem
 quandoque nobis imperet, ut ex hoc etiam co-
 pite difficulter humilitas ab ijs discerni possit
 que ab illa diversa sunt: quandoquidem omnes
 actus externi ad humilitatis alioquin discipuli-
 nam pertinentes, ab alijs seu virtutibus, in
 gitijs vitiis promanare posse certum est. Ad
 sentiris, nisi fallor, sed unà characterem illum
 nōsse desideras, qui unicus virtutem hanc à
 contrariis segregat. Jam nunc illum tibi expli-
 co, & unà etiam illud demonstratum ibo, quod
 paulò antè asserui, humilitatem omnis boni
 fontem esse; quin quòd & hoc persuasurus tibi
 ut

ut spero, sim; bonum nihil esse, nisi virtutis
hujus adminiculò. Sic ergo habe:

Humilitas norma quaedam est, & justa amo-
ris illius moderatio, quo propriam excellen-
tiam nostram innata quadam cupidine deside-
ramus. Est nimirum humilitas virtus illa,
quæ cum intelligat probè, quanta sit excellen-
tia nostra, justo etiam pondere ea homini ad-
mitti vult, quæ meretur, neque ultra merita
quidpiam indulgeri patitur. Cum ergo nullam
ex his perfectionem aut excellentiam habea-
mus, neque naturalem, Physicam, vel mora-
lem, neque supernaturalem qualemcumque, at-
que adeò ex nobis digni non simus ullo bono
honoris, voluptatis, scientiæ, commoditatis,
obsequij, amicitia, vel quocumque alio solatij
genere, inde fit, ut, siquidem humilitatis leges
placet sequi, nihil ex his bonis tanquam nobis
debitum desideremus, sed omnium illorum ca-
rentiam, tanquam rem nobis omni titulo de-
bitam, gratam habeamus, & votis omnibus po-
stulemus, considerata nihili nostri vilitate.
Gradu deinde ad peccatorum nostrorum consi-
derationem facto, cum intellexerimus, quàm
illa omni nos supplicio, omni dolore & con-
fusione dignos faciant, lubentes hæc omnia ac-
ceptamus, & desideramus, tanquam res planè
nostras,

nostras, & quas prudenter recusare non possumus. Ita intellectus, quid mereamur, aperit, & humilitas, quæ sedem in voluntate fixam agit, ut quæ nobis deberi agnovimus, ea debentes amplectamur, tanquam res meritis nostris congruas. Et hæc est veræ humilitatis virtus, amare annihilationem, tanquam quid nihili proprium, & omne genus arum, tanquam justam peccatorum, quæ misimus, ultionem.

Jam cum hic amor annihilationis sincerus & ferius, nunquam sustinet, ut aliquam boni partem, quod Divinæ Gratiæ adjumento operatur, sibi imbecillis homo attribuat, fit, ut DEUS, tanquam justissimus Gloriæ Zelator, præstantissimos favores humilibus indulgeat, utpote à quibus Divinæ Gratiæ suæ lucram certo recepturus sit. Atque cum DEUS omne genus Divinarum Gratiarum in humilem animam plena & liberali manu fundat, omni illam bono tam pretiosa Divinitatis suæ Communionem ornatam implet, neque ullum relinquit dubium, quin omnis bonæ origo hæc virtus sit, utpote quæ omnem Gratiarum thesaurum admiranda quadam virtute ad se trahit. Sed neque bonum est aliquid, nisi virtutis ejusdem beneficio; quia conservari in nobis

non potest, quidquid cœlitus nobis in-
latum est boni, nisi Divinæ Gratix acce-
dit præsidium; hoc verò nulli certius, nulli
constantius indulgetur, quàm humili.

Agnosco tandem, quàm parùm in his terris
vota sis, ô Divina Virtus! agnosco, quàm pro-
fundas in Sancti Ignatij felici animo radices
extenderit, cum plenus raris admodum & stupen-
dis, quos cœlitus accepit, favoribus, nullo in-
de vanitatis motu concussus sit. Felicem me, &
tibi beatum! si miserabile hoc pectus meum ita
totum occupes, ut amare jam nihil illi lubeat,
quàm deprimi & ignorari; felix ille, qui hoc
votum omnium præsidio munire animum
possit, quo destitutum vana & fallax Gloria
omni fructu, quem sperare posset, momento
spoliatur.

Cognosces igitur deinceps humilitatem, mi
bone Lector, non ex sola tuimet humiliatione,
quando hanc etiam vitia imperare nôrunt; ne-
que ex humiliatione ejusmodi, quæ ab in-
terno, etiam sancto, quodam animi motu pro-
venit, quando & aliæ virtutes interiorum eius-
modi actuum sanctorum ministerio, externam
aliquam tuimet depressionem tibi persuadere
possunt; sed ex hoc unico motivo, proprio ta-
men & innato virtutis hujus indoli, quòd ames

Hh 5 ex

ex animo omnem tui annihilationem, boni
 prorsus omnem carentiam, & omne id, quod
 grave ac molestum accidere tibi potest, tam
 quam res ejusmodi, ad quarum possessionem
 considerata nihili tui vilitate, & peccatorum
 foeditate jus quoddam habeas irrefragabile.

II. Jam intelligere modum desideras, quo
 tam eximium animi humani decus possis
 opportunissimè consequi? Hæc age: Ad
 virtutis huius internos, studiosè, fac, ut
 ceas, tum quando aliqua temet humiliandi
 casio imminet, tum quando nulla præfessio
 Volo dicere, quoties occasio se tibi offeret,
 primendi te, aut aliqua voluptate privandi,
 molestum tandem aliquid patiendi, motus
 veræ humilitatis motivum animo occurrat,
 rabis, & dices tecum ipse: Omni bono
 pter nihili mei vilitatem indignus sum, &
 gnus, quem ob peccata mea, omne malum
 genus torqueat: æquo igitur animo, quid
 acerbum accidit, tanquam meritis meis dignè
 amplector.

Quòd si subinde neque potes, neque im-
 grum tibi est, oblatos honores, vel vitæ
 commoda, aut aliud quodcunque bonorum
 nus respicere, interius saltem humilitatis
 mor, tibi met occines: Dignus sum omnis boni
 abiectione.

entia, & hoc ipso, quo modo fruor, indigens : neque admitterem sanè illud, nisi DEUS vellet acceptari, quod ego certò alioquin tanquam rem meritis meis minimè debitam rejicerem.

Ita vive, ut animus nunquam non promptus recipere, & nunquam non desideret inveniri occasiones, ita te deprimendi, ut peccatorum & nihili tui vilitas id exigunt. Studiosè sequar illas inquire, impensè à DEO flagita, quanto obvias amplectere, & cum magna gratiarum actione tanquam Divinos quospiam favores excipe, novas occasiones identidem desidera, quàm cœlitus opem tibi posce, quàm munitus illarum, quæ occurrent, in profectus tui augmentum sedulò convertas. Quidquid agis boni, quidquid mali declinas, utrinq; ex humilitatis merito operare. Hoc identidem tibi repete : DEI voluntatem ut impleam, unicè opus est; agamur ergo hoc opus, ut DEO placitum quid agamus : si quid difficultatis latet, illud horum non debeo, quia res est meritis meis debita, nihil enim sum, sub infinitæ bonitatis domino constitutum : quidquid à me boni proficitur, à purissima hac & infinita bonitate provenit; æquum igitur est, ut ejus unius gloria & amorì serviat, neque aliquid in vile hoc mihi-

nihilum redundet laudis. Ita, mi Lector, modestior erit humilitas tua, quòd charitatis merito dives sit.

Cum hac ipsa nihili tui & Divinæ Bonitatis à tuis consideratione etiam ad proximum tuum convertes, eumque tanquam aliquid ad Deum, live pertinens cum debita reverentia intueberis. Quidquid ab ipso tibi accidet, ad nihilum referes, & ideirco, si quid injuriæ patitur, contingat, nulli indignaberis, memor videlicet quòd contra merita tua nihil actum sit, imò, quòd hoc ipsum, quod pateris, longè majoris tuis sit mitius. Id nimirum tecum quod & verum esse intelliges, si sincerè obligatum te proximo tuo esse, ut severo ipso peccatorum tuorum supplicia tolere, quòd ita merearis, tum quòd DEUS tam quàm cujuscunque alterius operâ castigari possit, si ita lubet.

Si honorem tibi aliquis exhibet, cum tui vilissima vanitate illum compara, & intellexeris, quàm indignus tam pretioso verecundè tum DEO, tum illi, qui te grates habe: & nihil dubita, eò te hæc striâ profecturum, ut cum perfectissimo tituum tuorum dominatu constantem serenitatem experturus sis, nullo casu,

... Lector, pro negotiorum successu facile turbantur
... aritatis...

Jam ad illa, quantum attinet, quæ in mente
... à DEO immittuntur, hoc est, nulla pro-
... cui libera voluntate cooperante, sive bo-
... sive mala sint, ad unam omnia consideratio-
... revoca, & disquire tecum; dignum te putes
... nec ne? Et facile Divinarum gratiarum
... estimabile pretium & indignam illis vilita-
... tuam agnosces, cum incredibili ad solidissi-
... um perfectionem emolumento. Utcunque
... grandes & insuperabiles videbuntur difficulta-
... quibus implicata sunt, quæ aggredi oportet.
... nihil tamen generosis conatibus erit nimis
... cum memineris, quidquid ab homi-
... à DEO procedere, qui res altissimas
... instrumentis perficit, & qui id agere
... frequenter amat, ne arrogans homo suam Divi-
... manu gloriam ereptum eat.

III. Quid jam de methodo dicam, quam in
... Divinæ hujus Virtutis studio teneri opus sit?
... quam sanè nimium dixi, quoties Divinam
... occupavi; neque enim humani aliquid habet,
... quidquid humanæ factis in homine residet, id
... virtutis hujus operâ consumitur. Quàm
... ego praxim ego audeam præscribere, tenen-
... tibi, ut ad ejus Perfectionem valeas per-
... tin-

tingere? Ignosce, Bone Lector, major est vis
 bus meis conatus hic; à DEO expectanda
 hæc doctrina, qui idcirco relicto cælo in
 terras descendere voluit, ut pro dignitate
 nos virtutem peritissimè doceret. Quòd si
 men ita desideras intelligere, quod meum hæc
 re iudicium sit, en tibi illud tribus & brevibus
 punctis comprehensum.

Primum est, ut accuratâ industriâ reipsum
 penitus nôsse studeas, & penetrare, quibus
 quantis infirmitatibus subjectus sit, tam corpore
 quàm animam affligentibus. Hæc tuimet
 gnitio primum & præcipuum humilitatis fun-
 damentum est: neque enim secundum ratio-
 rationis normam bene velle licet illi, cuius
 ritum & excellentiam nondum noveris.
 hanc autem de te notitiam ut pertingas, nihil
 est opportunius, quàm ut animi tui motus
 diosè observes & inspicias. Qui cum frequen-
 ter tam sint futuri ab omni ratione abhorren-
 tes, ut non sine rubore in charta illos descrip-
 tus sis, consultissimum est, & scribere, quæ
 peram intus sentis, quæque desideras, & non
 semel studiosa lectione, quæ scripsisti, repetere,
 re, ut profundè nimirum deprehendas, quod
 in animo tuo sis. Qui vigili hac solertia uti
 gligit, illum mem animum, & solidam atque in-
 per-

turbatam virtutem nunquam consequetur.
Alterum est, ut statuto & loco & tempore hu-
miliationis exercitium subeas, præter illas hu-
militatis occasiones, quæ ultro, & non quæ sitæ
occurrent. Neque contentus esto communi
quodam humilitatis acquirendæ cupidine, tē-
tate deprimendi voluntate; sed ad certos ani-
mum eventus obfirma, & quid illic agendum
tibi sit, tecum ipse statue. Virtutes enim non ob-
tinentur, nisi proprios cujusque actus sollicitè
excitando, ea quidem ratione, ut qui propen-
dunt nostræ contumaciùs adversantur, illos fre-
quentius exercere necesse sit; cum natu-
ra suo nos pondere semper in adversum incli-
nat. Prudentia tamen hoc in negotio negli-
genda non est, ne vel nimium excedas in fervore,
vel justò sis remissior. Hoc vide studiosius
observes, ut cum vehementior sit ad honores,
quam ad alia affectus, & frequentius, & accurate
huic appetitui curabis occurrere, quàm illi,
quo vitæ commoda & voluptates sectamur.
Terriò denique in propriis tuis defectibus &
imperfectionibus humilitatem cole. Ne igitur
penitentium ob eas te afflige. Quid enim novi est,
quod infirmus sit, qui de se non est nisi nihilum,
& ipsa infirmitas? Ne bellis illas excusationi-
bus convelli: accepta, quam mereris, confu-
sionem,

sionem, tanquam dignum erroribus supplicium. Neque animum idcirco abiice, quibus Virtutis itinere lapsus aliquando sis. Namque ante lapsum melior eras, quam modo es, sed tam nota tibi imbecillitas non fuit, quam nunc manifesta fit. In Divinis tamen non profus ille eras, imbecillis nimirum & frigidus, qualis etiam nunc es, & idcirco non segetur, ut vina manus te communit, quam ante feceris. Quid quod & liberalius tibi jam assistet, quam luculentius te cognoveris, amplius tibi meretur, si filius spem omnem in DEO tuo collocabis. Ergo causa habes, ob quam animum ignavum despondere velis?

Observa, mi Lector, triplex hoc monitum nihil dubita, quin multum, ad sinceram humanitatis decus obtinendum, tibi allaturum compendij. Primum Basin collocat, cuius tatur hæc Virtus. Alterum, exercitæ humanitatis opera perficere mentem facit. Tertium contra illud præsidij loco est, quod robustum ab incepto virtutis hujus studio avocari posset, contra ignavam scilicet & desperatam persuasionem, nunquam eò te perventurum, quò moliris evadere.